



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

De sacrosancto Eucharistiæ sacramento.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

hæc sacra mysteria corporis & sanguinis eius fidei constantia, & firmitate, ea animi deuotione, ea pietate, & cultu credant, & venerentur, vt panem illum supersubstantialem frequenter suscipere possint: & is verè eis sit animæ vita, & perpetua sanitas mentis: cuius vigore confortati, ex huius miseriæ peregrinationis itinere ad cœlestem patriam peruenire valeant, eundem panem s̄ Angelorum, quem modo sub sacris velaminibus edunt, absque vlllo velamine manducaturi.

Quoniam autem non est satis veritatem dicere, nisi detegantur, & refellantur errores: placuit sanctæ Synodo hos canones subiungere vt omnes, iam agnita Catholica doctrina, intelligant quoque, quæ ab illis hæreses cauere vitarique debeant.

Vide Syluest. in summa verb. Eucharistia 7. q. 1. Sot. in 4. dist. 12. quæst. 1. art. 1. Miranda de corpore Christi. quæst. 7. Ioan. Sanci in selectis disput. 30. num. 7. Soar. tom. 3. disp. 69. sect. 2. in 3. dicta. Henriquez in summa lib. 3. cap. 34. Varquez in 3. part. D. Thoma tom. 3. disput. 212. à num. 1. Agid. de Coniug. de Sacrament. & censur. quæst. 30. art. 1. & quæst. 82. nu. 16. Ludouic. Beia in respons. casuum conscient. p. 4. casu 14.

vers. præterea. Iul. Lauer. de Iubilao p. 1. cap. 15 à num. 1. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 29. num. 66. Molfes in summa Theologia moral. tract. 3. cap. 8. num. 25. 33. & 34. Hurtado de Sacram. disp. 3. de Sacramentis in genere. diffie. 6. in fine, vbi per hunc text. dicit eos, qui voto panem cœlestē edunt fide viuā, fructuū, & vilitatem illius sentire, id est, augmentum iustificationis, quamuis non sacramentalis.

g Psalm. 77. c. reuera, & c. omnia. de consecrat. dist. 2.

De Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento.

- 1 Christus totus continetur in sanctissimo Eucharistiæ sacramento, supra cap. 1.
- 2 Substantia tota panis in corpus, & vini in sanguinem conuertitur in sacrosancto Eucharistiæ sacramento, supra cap. 4.
- 3 Christus totus continetur in sacramento Eucharistiæ sub vnaquaque specie, & sub singulis cuiusque speciei partibus, separatione facta, supra cap. 4.
- 4 Corpus verum, & sanguis Domini est in sacramento Eucharistiæ peracta consecratione, vt in hostijs consecratis post communionem reseruatis, supra cap. 3.
- 5 Effectus plures proueniunt ex sacramento Eucharistiæ, supra cap. 2.
- 6 Christus unigenitus Dei filius est in sacramento Eucharistiæ cultu latræ etiam externo adorandus, supra cap. 3.
- 7 Sacram. S. Eucharistiæ in sacrario asseruare, & ad infirmos deferre licet, supra cap. 6.
- 8 Christus in Eucharistiæ exhibitus sacramentaliter, ac realiter manducatur.
- 9 Christi fideles omnes cum ad annos discretionis peruenierint, tenentur singulis annis saltem in Paschate ad communicandum, infra sess. 14. de pœnit. cap. 5.
- 10 Eucharistiæ non est danda perpetuò, & absolutè fatuis, sed tantum semifatuis, & non continuò amentibus tempore, quo habent dilucida interualla.
- 11 Infirmitate deliranti an præberi possit viaticum.
- 12 An ad annos discretionis peruenierit quis vt S. Eucharistiæ sumere possit, prudentium id parentum, & multo magis confessoriorum iudicio aestimandum.
- 13 Communicare quando quis dicatur in Paschate.
- 14 Regularis Sacerdos non potest tempore Paschali ministrare Eucharistiæ secularibus, vt adimpleant præceptum ecclesiasticum annuæ communionis.
- 15 Religiosi Fratres non possunt administrare populo S. Eucharistiæ die Paschatis.
- 16 Sacerdoti non celebranti licet seipsum communicare.
- 17 Confessio sacramentalis necessariò præmittenda à peccatore ante sumptionem S. Eucharistiæ habita copia confessoris, supra cap. 7.

α. C A N O N I.

Si quis negauerit, * in sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento contineri verè, realiter, & substantia-liter corpus & sanguinem vnà cum anima, & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, ac proinde totum Christum: sed dixerit tantummodo esse in eo, vt in signo, vel figura, aut virtute, anathema sit.

β. C A N O N I I.

Si quis dixerit, ^b in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento remanere substantiam panis, & vini, vnà cum corpore, & sanguine Domini nostri Iesu Christi: negaueritque mirabilem illam, & singularem conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, manentibus duntaxat speciebus panis, & vini: quam quidem conuersionem Catholica Ecclesia aptissimè ^c Transubstantiationem appellat, anathema sit.

γ. C A N O N I I I.

Si quis negauerit, ^d in venerabili Sacramento Eucharistiæ sub vnaquaque specie, & sub singulis cuiusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri: anathema sit.

δ. C A N O N I V.

Si quis dixerit, peracta consecratione, in admirabili Eucharistiæ Sacramento non esse corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, sed tantum in vsu, dum sumitur, non autem ante, vel post ^e & in hostijs seu particulis consecratis, quæ post communionem reseruantur, vel supersunt, non remanere verum corpus Domini, anathema sit.

ε. C A N O N V.

Si quis dixerit, ^f vel præcipuum fructuum sanctum sanctissimæ Eucharistiæ esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus prouenire, anathema sit.

ζ. C A

a Suprà c. 3. Concil. Constantinense.

b Concil. idè damnans articulos Joan. V. Vilesi.

c Suprà c. 4.

d Conc. Flor. in decretis. Eugen. ad Armen. supr. c. 3. & infra sess. 21. c. 1. de commun.

e Suprà c. 3. f. Vide Conc. Florent. ibid. supr. cap. 2.

§ CANON VI.

Si quis dixerit, in sancto Eucharistiæ Sacramento Christum uagenitum Dei filium non esse, & cultu la- triæ, etiam externo, adorandum: atque ideo nec festiua peculiari celebritate venerandum: neque in pro- cessionibus, secundum laudabilem, & vniuersalem Ecclesiæ sanctæ ritum, & consuetudinem, solemniter circumgestandum, vel non publicè, vt adoretur populo proponendum, & eius adoratores esse idolola- tras, anathema sit.

§ CANON VII.

Si quis dixerit, non licere, sacram Eucharistiæ in sacrario referuari, sed statim post consecrationem astantibus necessariò distribuendam, aut non licere, vt illa ad infirmos honorificè deferatur, anathema sit.

§ CANON VIII.

Si quis dixerit, Christum in Eucharistia exhibitum, spiritualiter tantum manducari, & non etiam sa- cramentaliter ac realiter, anathema sit.

§ CANON IX.

Si quis negauerit, omnes & singulos Christi fideles vtriusq; sexus, cum ad annos discretionis perue- nerint, teneri singulis annis, saltem in Paschate, ad communicandum, iuxta præceptum sanctæ matris Ecclesiæ, anathema sit.

§ CANON X.

Si quis dixerit, non licere sacerdoti celebranti seipsum communicare, anathema sit.

§ CANON XI.

Si quis dixerit, solam fidem esse sufficientem præparationem ad sumendum sanctissimæ Euchari- stiæ sacramentum, anathema sit. Et ne tantum Sacramentum indignè, atque ideo in mortem, & condem- nationem, sumatur: statuit, atque declarat ipsa sancta Synodus, illis quos conscientia peccati mortalis grauat, quantumcumque etiam se contritos existiment, habita copia Confessoris, necessariò præmit- tendam esse Confessionem sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaci- ter afferere, seu etiam, publicè disputando defendere præsumperit, eo ipso excommunicatus existat.

4 can. omnis vtriusque, de pœnit. & re- miss. Concil. Lateran. sub Innoc. 3. cap. 21. & infra sess. 14. can. 1. de pœnit. Concil. Lateran. sub In- noc. 3. c. 21. m. Supr. c. 8. n. Supr. c. 7. e. Supr. c. 7.

- 1. a CANON I.] Vide Henriquez in summ. lib. 8. cap. 20. §. 4. in princip. Valent. tom. 2. disput. 6. quæst. 3. Iodoc. Cocc. in thesauro Catholico, tomo 2. lib. 6. art. 1. Aegid. de Coninck de Sacram. & censur. q. 75. art. 3. Petr. de Ledefma in summa p. 1. de Sacrament. vbi de Eucharistia, c. 1. concl. 5. Fernandez in examine Theologia moral. p. 3. cap. 4. §. 10. nu. 4. Moltes. in summa Theologia moralis tract. 2. cap. 3. num. 19. Fagandez in quinque Ecclesiæ præceptis, præcept. 3. lib. 5. c. 1. Paul. Layman in sua Theologia moralis.
- 2. b CANON II.] Vide Henriquez d. lib. 8. c. 30. §. 2. litt. 1. Vazquez in 3. p. 5. Thomæ tom. 3. disp. 180. num. 180. & disp. 194. num. 4. Hurtado de Sacram. tom. 2. tract. de Euchar. disp. 4. diff. 4. in princ. Aegid. de Coninck d. quæst. 75. num. 49. & num. 171. & quæst. 177. art. 1. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 29. num. 36. Petr. de Ledefma d. tract. de Eucharistia, cap. 6. concl. 2. & 3. Bonacina de Sacrament. disp. 4. quæst. 3. puncto 6. §. 2. num. 1. Moltes. in summa Theologia moralis tract. 2. c. 5. num. 14. & 15. Filliuc. in quæst. moralib. tom. 1. tract. 4. num. 147. Fagandez in quinque Ecclesiæ præceptis, præcept. 3. lib. 3. cap. 1. num. 8. Et ceruim de Fide esse manere aliqua accidentia, tradunt post Suarez, & Vazquez nouissimè Ioan. de Lugo disp. 10. sect. 1. num. 1. cum seqq. Torreblanca de iure spirit. lib. 2. c. 8. num. 58.
- 3. c CANON III.] Vide Henriquez d. lib. 8. c. 27. §. 4. litt. k. Aegid. de Coninck de Sacram. & censur. quæst. 74. num. 3. & num. 191. & quæst. 75. num. 49. & 168. & quæst. 76. num. 32. Vazquez tom. 3. disp. 188. num. 2. & 15. Valer. Reginald. d. lib. 29. num. 37. Cardin. Bellarmin. de Eucharistia lib. 3. cap. 22. Bonacina de Sacrament. disput. 4. quæstione 3. punct. 5. num. 2. Filliuc. in quæst. moralib. tom. 1. tract. 4. num. 136. Fagandez in quinque Ecclesiæ præceptis, præcept. 1. lib. 3. cap. 1. num. 9. & præcepto 3. lib. 3. cap. 4. a num. 10. Ioan. de Lugo de Sacramentis tom. 1. tract. de Eucharistia, disp. 4. sect. 4. num. 66. & num. 108. & disput. 8. sect. 2. num. 40.
- 4. d CANON IV.] Vide Henric. d. lib. 8. cap. 29. in princ. litt. c. Aegid. de Coninck de Sacram. & censur. quæst. 74. num. 53. Fernandez in examine Theologia moral. p. 3. cap. 4. §. 10. numer. 6. Balduin. iun. super opera controuers. Bellarmini part. 2. lib. 3. c. 5. Torreblanca de iure spirituali lib. 2. cap. 8. num. 61.
- 5. e CANON V.] Vide Henriquez d. lib. 8. cap. 26. in princ. litt. B. Aegid. de Coninck de Sacram. quæst. 79. num. 53. Vazq. d. tom. 3. disp. 205. num. 2. Filliuc. in quæst. moral. tom. 1. tract. 4. num. 36.

- 6. f CANON VI.] Vide Can. de locis theol. lib. 5. c. 5. col. 144. & lib. 12. c. 11. col. 441. Henric. d. lib. 8. c. 32. §. 3. litt. D. & c. 42. §. 2. litt. H. Aegid. de Sacrament. 10. 1. g. 76. num. 86. Iodoc. Cocc. in thesauro catholico, lib. 6. art. 7. Moltes. in summa Theologia moralis tract. 3. cap. 6. num. 8. Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarræ fol. 174. verso. num. 8. Soas. tom. 3. de Sacram. disp. 65. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 29. num. 37. in fine. Torreblanca de iure spirit. lib. 2. c. 8. nu. 56.
- 7. g CANON VII.] Vide Balduin. iun. super opera controuers. Bellarmini p. 2. lib. 3. c. 5.
- 8. h CANON VIII.] Vide Vazq. in 3. p. D. Thomæ tom. 3. disp. 212. nu. 3. Sacramentum corporis, & sanguinis Christi sub speciebus panis, & vini est vnicum, integrum & perfectum sacramentum, vt multis probat Paul. Layman lib. 5. de Sacramentis tract. 4. c. 1. num. 3.
- 9. i CANON IX.] Vide Aegid. de Coninck de Sacram. q. 80. nu. 102. cum seqq. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 29. num. 57. in fine. Bonacina de Sacrament. disp. 4. quæst. 7. puncto 2. num. 5. Moltes. in summa Theologia moralis tract. 2. cap. 8. num. 26. nouissimè Stephan. VVeyms ad con- stituciones 24. ex antiquo iure desumptas, & per Concil. Trid. innovatas, constit. 23. pag. 264. & præcipuè num. 17. Trullench in Decalog. lib. 3. c. 5. dub. 2.
- 10. k In hoc can. ibi, omnes, & singulos Christi fideles, &c. Non tamen perpetuò & absolute factus, sed tantum semifa- ctus, & non continuo amentes, tempore quo habent dilucida interualla, ita Henric. d. lib. 8. c. 42. §. 3. Bonacina de Sacramentis disput. 4. quæst. 6. puncto 1. ex num. 4. Paul. Layman in Theologia moralis lib. 5. tract. 4. cap. 4. Villalobos in summa p. 1. tract. 7. dub. 40. num. 3. Sancius in select. disp. 26. num. 5. & disput. 36. num. 9. Antonin. Diana resolut. moral. p. 2. tract. de celebratione Missarum, resolut. 79. quos refero de officio & potestate Parochi, c. 20. num. 19.
- 11. l Infirmitas deliranti, qui propter febrem incidit in amen- tiam, seu phrenesim, posse præberi viaticum, si illud tem- pore vsus rationis expressè petijset, & signa contritio- nis, confessionis, & communionis ostendisset etiam mul- to antea, dummodo non sit periculum irreuerentia, res- solui dicto cap. 20. num. 43. vbi num. 20. cum seqq. etiam res- solui peccatoribus notorij, veluti vsuarijs publicis, & meretricibus, tribuendam non esse Eucharistiæ.
- 12. m Ibi, cum ad annos discretionis peruenierint. Prudentiam ad- parentum, & multo magis Confessariorum iudicio isti- mandum, Sot. in 4. distinct. 12. quæstione 1. art. 9. Bonacina d. disp. 4.

- d. disp. 4. quest. 7. puncto 2. à num. 1. Ego ipse d. cap. 20. num. 18. Trullench d. cap. 5. dub. 2. num. 2. cum seqq.
13. Ibi, saltem in Paschate. Hoc est, in hebdomada sancta, vel infra octavam Paschae, hoc est à Dominica Palmarum vsque ad Dominicam in Albis inclusiue, & ubi laxior esset consuetudo à prima die Quadragesimae vsque ad dictam Dominicam in Albis inclusiue, prout obseruatur Mediolani, in Portugalia, & Valentia. Vide Trullench d. lib. 3. c. 5. dub. 2. num. 6. Quarant. in summa Bullarj, verb. Communio, ubi refert hac de re declarationem Eugenij I V. AZOR. institut. moral. par. 1. verb. Eucharistia, §. 7. Fagundez in quinque Ecclesie praecept. 3. lib. 1. cap. 3. per tot. & praecept. 3. lib. 1. cap. 5. Henric. in summa lib. 8. cap. 5. §. 1. à principio, ubi refert, quod in pluribus diocesisbus consuetudo se extendit à principio Quadragesimae vsque ad decimumquartum diem post Pascha, refero dicto c. 20. num. 14.
14. Sacerdotem Regularem non posse tempore Paschali ministrare Eucharistiam secularibus, vt adimpleant praeceptum Ecclesiasticum annuae Communionis, resoluunt Nugn. tom. 1. in 3. part. quest. 83. artic. 4. conclus. 5. Soar. de Relig. tom. 4. tract. 10. lib. 9. cap. 3. num. 8. Portel. in dub. regularibus tom. 1. verb. Sacramentorum administratio, num. 5. Vilalob. in summa part. 1. tract. 7. dub. 47. num. 4. late Trullench in decalog. lib. 3. c. 5. dub. 2. num. 8. ubi subdit quod Doctores id intelligant de die Paschatis non materialiter, sed formaliter, id est, de Communione Paschali per quam fit satis praecepto, & inclinare in hanc partem videtur Fagundez in quinque Ecclesie praecepta, praecept. 3. lib. 1. cap. 5. num. 16. Contra Sorb. in compendio priuileg. verb. Communicare, Fr. Emman. quest. regul. tom. 1. quest. 56. art. 3. Ludouic. Beia respons. casuum conscient. part. 4. casu 4. Ioan. de la Cruz. de statu relig. lib. 2. cap. 5. dub. 4. conclus. 3. existimantes posse per priuilegia Nicolai V. Pauli III. Pij I V. & aliorum Pontificum.
15. Fratres Religiosos non posse administrare populo

sanctissimam Eucharistiam die Paschatis, stante quòd in priuilegio Eugenij I V. hoc illis inter dicitur expresse pro illa die, resoluunt Nauarr. in man. cap. 21. num. 52. Henric. d. lib. 8. cap. 55. §. 1. AZOR. instit. moral. part. 1. lib. 7. cap. 41. quest. 7. Ego ipse de officio. & potest. Parochi cap. 20. num. 10. ubi refero ita decretum in S. Congreg. Concil. sub die 2. Martij 1619.

Contra compendium priuilegiorum Societatis I E S V verb. Eucharistia §. 2. Emman. Sa in aphorismis verb. Eucharistia num. 10. Ludouic. Miranda in manuali Pralator. tom. 1. quest. 42. art. 2. conclus. 2. Fr. Emman. quest. regul. tom. 1. quest. 56. art. 3. Aegid. de ConincK quest. 82. art. 3. num. 31. Ioan. à Cruce de statu Relig. lib. 3. cap. 5. dub. 2. conclus. 2. Soar. tom. 2. de Relig. tract. 10. lib. 9. c. 3. num. 7. Tamburin. de iure Abbatum tom. 2. disput. 5. quest. 3. num. 3. Fagundez in quinque Ecclesie praecepta, praecept. 3. lib. 3. c. 2. num. 18. Hieron. Koderic. in compendio quest. regul. resolut. 127. num. 5. Ioan. de Lugo de Sacrament. tom. 1. tract. de Eucharistia disput. 13. sect. 2. à num. 50. & alios existimantes Religiosos sine Parochi licentia posse ipso die Resurrectionis Dominicae sacram Eucharistiam ministrare parochianis, sjs vide licet, qui existimantur parochiae fausfecisse, vel postea fausfacturi.

¶ CANON X.] Vide Vgolin. de officio Episcopi cap. 16. §. 7. num. 9. quem refero de officio, & potest. Parochi cap. 20. num. 24.

¶ CANON XI.] Vide Sot. in 4. disp. 12. quest. 5. art. 4. col. 14. Can. de locis Theolog. lib. 3. col. 189. ad fin. cum seqq. Aegid. de ConincK de Sacrament. tom. 1. q. 80. n. 5. cum seqq. AZOR. institut. moral. p. 1. lib. 10. cap. 31. quest. 2. Soar. tom. 3. de Sacrament. disput. 66. sect. 3. vers. sed queres, Valer. Reginald. in praxi fori poenitent. lib. 20. num. 53. Fernandez in exarmino Theologiae moralis part. 3. cap. 4. §. 8. Filluc. in quest. moralibus tom. 1. tract. 4. n. 210. Mollat. in summa Theologiae moralis tract. 3. c. 10. n. 21. Torreblanca de iure spirit. lib. 2. c. 7. n. 46. cum seqq. Ioan. de Lugo de Sacrament. in tract. de Eucharistia disput. 14. sect. 4. num. 54. cum seqq. Ioan. Sancti. in selectis disput. 32. num. 4.

DE REFORMATIONE.

De Officio Pralatorum in subditorum correctiōe.

C A P V T P R I M V M.

- 1 Doctores referuntur de materia huius cap. agentes.
- 2 Episcopi se pastores, non percussores esse meminerint.
- 3 In criminalibus causis quando procedi possit ad vltiora, non obstantibus appellationibus, & inhibitionibus.
- 4 Episcopus visitans tenetur dare transumptum si repererit aliquod delictum carceratione, vel castigatione dignum.
- 5 Appellatio non datur à visitatione facta ab Episcopo, praesertim à correctione morum.
- 6 Appellatio ad effectum suspensiuum non datur à mandato de residendo in visitatione edito.
- 7 Appellatio ad effectum suspensiuum non admittitur à visitatione Ecclesiae Cathedralis.
- 8 Non extenditur ad causas criminales, quae tractantur apud iudices inferiores, aut delegatos Papae, vel Episcopi.
- 9 Appellari an possit quando grauumen illatum per interlocutoriam, non potest tolli per appellationem à definitiua.
- 10 Carcerationis indebite grauumen, per appellationem à definitiua reparari non potest.
- 11 Appellatio interposita super condemnatione ad trimes habet effectum suspensiuum.
- 12 Appellatio à priuatione beneficij habet effectum suspensiuum.
- 13 Decretum S. Congregationis negotijs Episcoporum praeposite.
- 14 Metropolitanani in suffraganeos eorumve subditos non iudicant nisi in casibus à iure expressis.
- 15 Metropolitanani, & alij superiores causas in curijs Ordinariorum pendentes non auocant.
- 16 Appellationes quando recipiendae.
- 17 Superiores cognoscere non valent causas, quae coram inferioribus pendunt ante definitiuam sententiam, vel vim definitiue habentem.
- 18 Inhibitiones post appellationem quando concedendae.
- 19 Appellatio recipienda non erit quamuis appellans asserat sententiae, aut appellationis exemplum culpa iudicis à quo, vel actuarij habere non posse.
- 20 Appellationes à Metropolitanis non recipiuntur ab executione decreti Concilij Trident. aut visitationis Apost.
- 21 Appellationes ad effectum deuolutiuum tantum admittuntur in causis visitationis Ordinariorum, aut correctionis morum.
- 22 Appellatio non admittitur à grauumine, quod per